

(& ut honorius inquit) ad iram proclivior. Præter illud quoq; Quod reges  
quodcunq; uolunt: id pro equo ducunt. Hæc quum ita sint: Si Nicepho-  
rus deseritur: & iniuriam pipinus inferat: Cuius nam fidem opem ue patres  
imploratur estis? Nicephori ne? Quo uultu? quo re? Derisi eritis utrisq;. Illi tamen odio eritis maximo cui semper fuitis carissimi: quemq; contra  
omne diuinum humanuq; ius: uiolata fide contemptui habueritis. Quum  
autem semel pipinus ceperit: nulla temperabit iniuria: Abutetur ut seruis.  
Ne tibi tunc honori nimium pipinus propinquus uidebitur. Pax erit omni  
bello perniciſor. Eripet uobis patres pax ista libertatem. Ducatum tu ge-  
res obeleri: aut tu beate? Duces dabuntur Galli germaniq; quos ipſe iusſe-  
rit. Ferre oportebit omnem contumeliam. Quam diuersa ſeſe offeret reru-  
facies. Adde q; ferunt aliquando patauinos tentauiffe apud Narsetem redi-  
gere Riualtum inditionem. Siquid simile nunc apud pipinum molientur  
amici & regii cōtubernales: Quisnam pene deus ab ea nos eripet iniuria?  
Aequo ſane indice diſceptabitur: horret animus reputare hec eiusmodi mil-  
le pericula. Conferte nunc ſi placet cum pipino Constantinopolitanos im-  
peratores. Nihil infidum ab hiis unq; in numeris beneficiis priuilegiisq; do-  
nati ſi longis terrarum spaciis diſiungimur. Id uero ſummum beneficium  
eft ad libertatem. Sinunt uiuete legibus nostris. Mercaturam apud eos ex-  
ercemus maxima cum libertate iſpis commodam: nobis uberrimam. Re-  
ſtat ut pauca nunc depotentia. Quanq; & ſi a Constantinopoli magno spa-  
cio diſiungimur: tamen eius imperium terra mariq; tam longe lateq; patet:  
ut ei finitimi ſimus. Nam ſi pipini uires cum Nicephori conferas quantum  
ad res noſtras pertinet: admodum quidem per exigue ſunt. Tenet in ſupe-  
ro Carolus a Rauenna uſq; Syponium: In infero uero a Neapolit gades uſ-  
q;. Sed quid ad Nicephorum? Sub cuius ditione & ſuperum mare pene to-  
tnm eſt: & Ionium: & Aegeum: pontus quoq; & hellespontus: Insulae præ-  
terea omnes intra pontum: & oceanum: Baleares preter: Quanq; enim Sar-  
racenorum imperium Syria: Aegypto & Aphrica iam christianum pepu-  
lerit nomē: Maria tamē omnia noſtra ſunt. Clafes impatorie toto dominā-  
tur mari: quēadmodū igitur mari poſiti constitutiq; mari uictū querimus  
ita ſalus & libertas ois a mari depēdet. Etsi neceſſitas adigat (quādoqdem  
uerſat ſuas fortuna uices) maritima nobis non campeſtria: aut montana  
auxilia ſunt querenda. Noſtrum existimare nūc poſſumus quicquid mari  
nunc tenet imperium: ad eius loca nauigamus. Ibi negociamur: perinde ac  
in noſtris uerſemur locis: quo fit ut non mirari non poſſim: q; dixeris ma-  
ritimam noſtram ſola mercatura conſistere: poſſe nunc animum inducere:  
ut tam preclarę orientis nauigationes commerciaq; tollantur: quonam enī